Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752836-p0001-2

V, 82.

2.417a

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752836-p0002-8

CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXVI

VT
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
FRIDERICI. CHRISTIANI
MARGGRAFII. BRANDENBVRGI. DVCIS. PRVSSIAE
RELIQVA
PATRIS. PATRIAE. LONGE. CLEMENTISSIMI
NATALICIA SOLLENNIA
D. XVII. IVLII. CIƆIƆCCLXIIII
IN. CVRIANO H. L. Q. C
DEBITA. PIETATE. CELEBRANDA
ALMAE. CVRIAE
QVO. DECET. CVLTV
INDICERET
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

CVRIAE. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
GYMN. TYP

Interſectio II.

QVI HERMVNDVRORVM TERRAE *FINES CIVILES?*

Particula VIIII.

Index dictorum.

§. XXIII. Ab ALEMANNIS?

§. XXIII. continuatus.

Quod ſi autem fuerint, qui indignum iudicent, tam amplam, numeroſam potentisſimamque gentem nomen ſuum traxisſe a flumine non altisſimo, quale *Almona* illa; 34.) illis omnia alia perſuaſerint, qui 35.) vel ipſorum Germanorum adpellationem ex amne aeque minus magno arcesſunt. 36.) Quot enim nomina ſaepe peperit momentum leuisſimum? 37.) Nec obeſt, 38.) ALEMANNOS prope Moenum amnem deuictos esſe ab Caracalla. 39.) Ad Moenum enim pugnauerint, qui Almonae accoluerunt, aeque ac nuperrime prope Albim pugnauerunt Rheni accolae. Petant igitur, 40.) quibus 41.) volupe, 42.) ALEMANNOS ex iſto Franconiae fluuio *Almona*. Neque aliam originem gentis agnoſcere videntur, qui com-

34.) De qua ſupra poſt numerum 17. plura.

35.) Quorum agmen ducit Bruknerus in libello Ienae CIƆIƆCCVIII. publice propoſito, cui plauſit Iunkerus in Introd in Geogr. Med. Aeui P. II. Cap. I. §. 4. p. 95.

36.) Non improbante Sattlero in Vniuerſ. Hiſt. Wurtemberg. Sect. III. §. X. p. 273.

37.) Ex eiusdem ICti Eruditisſimi Sattleri ſententia.

38.) Quod obesſe putat idem.

39.) Si fides Aurelio Victori de Caeſar. Cap. XXI. n. 2.

40.) Iſ. Pontano in Orig. Francic. Lib II. Cap. II. ex indicio Hertii in Notit. Vet. German. Pop. Part. III. Cap. I. §. II. et in Theſ. Rer. Sueuic. Vol. I. p. 31. ſeq. et longe intentius Iunkero Part. II. Cap. II. Sect. I. p. 127. ſeq.

41.) Quod iam ante me prodiderunt Comes de Bunau in Hiſt. Teuton. Imperat. et Imper. Part. I. Lib. II. p. 340. Doederlinus in Antiq. Gentiliſm. Nordgau. §. XXII. p. 31. Abelius in Antiq. Teuton. Cap. II. §. XXI. p. 402. Steffenſius in Hiſt. Priſc. Incol. Teuton. Cl. V. p. 305. Zſchakuitius in Antiq. Germ. Cap. III. §. X. p. 126. quam quam hic expresſum *Altſlus*, qui forte operis natus *mul* in eius medio intercipientibus, atque Sattlerus aliquoties iam excitatus.

commenti fuerunt 43.) flumen, quod *Alemannum* 44.) ſiue *Lemannum* adpellarent, 45.) atque Heluetiae pago Bernae adſignarent, 46.) forte abrepti 47.) lacu 48.) *Lemano* 49.) *Lemanno*ue 50.) ab adiacente Geneua *Genferſe* dicto, 51.) quo extenſam fuiſſe ſeneſcente paullatim Romanorum imperio, cum eius fines incurſionibus gentium vndique paterent, ALEMANNIAM cenſetur, 52.) quae tamen inde nomen ſuum non traxerit, quia multo ſerius ALEMANNI eo delati fuerunt, quam nomen eorum innotuit. 53.) Latueritne 54.) autem *Almona* ſub *Alba*, vltra quam

 atque

42.) Secus ac Hertio in Notit. Vet. German. Pop. Part. III. Cap. I. §. II. et Spenero in Notit. German. Antiq. Lib. II. Cap. II. §. II. in animaduerſione litera (e) inſignita p. 57. et Lib. IIII. Cap. II. §. XII. Lit. (x) p. 177. item Sattlero p. 274.

43.) Sunt Seruius ad Virgil. Georg. Lib. IIII. vs. 278. Iſidorus Orig. Lib. VIIII. Cap. II. Otto Friſingenſis de Geſt. Friderici Lib. I. Cap. VIII. Felix Fabri in Hiſt. Sueu. Lib. I. Cap. V. Conferas Stumpfium in Chron. Heluet. Lib. VI. Cap. XIIII.

44.) Vnde *Herculem Alemannum* nomen ſuum ſortitum volunt Cruſius in Annal. Sueu. Part. I. Lib. I. Cap. I. et Gulerus in Rhaetiae Lib. IIII. p. 40. vt indicauit Brechenmacherus in Notit. Sueu. Antiq. §. LXXXXIIII. n. 9. in Wegelinianorum Vol. I. p. 155.

45.) Praeeuntem Gobelinum Perſonam Cosmodrom in Meibomiorum Script. Rer. German. Tom. I. p. 69. ſecutus.

46.) Cuius index eſt ſaepius laudatus Sattlerus.

47.) Vt iam ſuſpicati ſunt Celeberrimi Duumuiri Schoepflinus in Alemann. Antiquit. Lit. f p. 4. et in Wegelinianis Sueuicis Vol. I. p. 39. atque Oudendorpius ad Lucan. Pharſal. Lib. I. vs. 396.

48.) De quo accipi obſeruarunt Beatus Rhenanus de Reb. German. Lib. I. p. 39. Lambecius de Biblioth. Caeſ. Lib. II. Cap. VI. Spenerus in Notit. German. Antiq. Lib. IIII. Cap. II. §. XII. ſub (x) p. 177. Cl. Steffenſius in Hiſt. Priſc. Incol. Teuton. Cl. V. p. 305.

49.) Quem Iunkerus in Introduct. in Geogr. Med. Aeu. Part. II. Cap. III. §. VI. p. 155. ſtatuit ab ALEMANNIS iſtis adpellatum, repudiante Spenero l. c. p. 177.

50.) Ceu viſum ſupra numero 30.

51.) Multis paſſuum millibus Berna illa diſtante.

52.) Ita vero cenſet, qui eius cuncta inueſtigauit impigre, Schoepflinus in Alemann. Antiquit. Cap. I. p. 4. in Wegelinianorum Vol. I. p. 39.

53.) Ceu iam obſeruauit ſaepiſſime laudatus Sattlerus p. 275.

54.) Vt viſum de Falkenſtein in

atque *Nicrum fluuium remouiſſe Germanorum reliquias* dicitur 55.) Probus Romanorum imperator vergente ſeculo poſt Chriſtum natum tertio? Iam vero quis eſt in Sueuia adeo hoſpes, cui ignotum, maximam eius partem occupare *montium iugum*, quod vulgo audit *Alb?* 56.) Hinc *alpes* illa *Alba?* 57.) Sed enim cum huic ibi nihil tale, quale *mons*, *regio*, *tractus* et id genus alia, adpoſitum, quid vetat, quo minus *fluuium*, quae vox latus verbi *Nicrum* texit, de *Alba* quoque capias, quo ſcriptoribus nihil frequentius, atque adeo *Albam* dicas *fluuium?* Sane vel ibi locorum *Alba* Vrbam influens in Arduennenſibus. 58.) Quid ſi autem de *Albi* illam *Albam* acciperem, 59.) qui ſuperiorem et inferiorem Saxoniam tranſit ex Sudetis ortus, 60.) atque Semnonum HERMVNDVRORVMque fines praeterfluere fuit dictus, 61.) ita vt trans *Albim* Francos, ALEMANNOS trans *Nicrum* remouerit Probus? 62.) Nec eſt, quod in eo haereas, quod hic noſtratium Neccar 63.) iſti detur ſocius. 64.)

Nam

Antiq. et Memorabil. Nordgau. Vet. Tom. I. Cap. V. §. VI. p. 143.

55.) Vopiſco in Probo Cap. XIII.

56.) Hoc enim ſignificare illud docui iam in meis Analect. Brandenburg. Part. III. Cap. I. §. XVIII. p. 37. ſeq. vt et docuerunt Loeſcherus in Litterat. Celt. Theſ. XXXV. p. 69. Beſſelius Chron. Gottuic. Lib. IIII. N. XIII. p. 537. Sattlerus in Duc. Wurtemb. Part. I. Cap I. §. VI.

57.) Quae viſa fuit ab Eckhart in Comment. de Reb. Franc. Orient. Lib. I. §. XIII. p. 15.

58.) Teſte Bouqueto apud Gesnerum in notis ad Claudiani Stilicon. Lib. I. vs. 225. p. 324.

59.) Vt acceperunt Vopiſciana iam dudum Caſaubonus et Gruterus ad Vopiſcum, cui *Albim* pro *Alba* acceptum tulit Cluuerius in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXXVIIII.

60.) De Albi autem quam proxime Sect. II. Interſ. I.

61.) Supra Sect. I. Interſ. I. Part. III. §. IIII.

62.) Si album adieceris calculum Brechenmachero in Notit. Sueu. Antiq. §. LXXXVIII. n. 1. p. 162. et §. CXVIII. ſub a) p. 210. Wegeliniani Theſauri. Sic autem ſuadere videntur iſta Claudiana de Laudib. Stilicon. Lib. I. vs. 225. ſeqq.

63.) De quo, ſi quae noſſe Tua intereſt, dabunt ſat Cluuerius in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXXVIIII. Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. §. XVIIII. Iunkerus in Introd. in Geogr. Med. Aeui Part. II. Cap. II. Sect. I. p. 135. Spenerus in Notit. German. Antiq. Lib II. Cap. II. §. VI. ſub (o).

64.) Quo abunde redarguuntur erroris iſtud geographorum Germaniae

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752836-p0006-0

Nam quo pluries legi veſtigia illorum priſcorum Romanorum, eo magis fui conuictus, quam parum fidi duces ſint per Germaniam antiquam, quippe quam incolae eius tum libertati Germanicae mille modis et artibus inſidiantes propius inſpicere non facile patiebantur. 65.) Diſcas id ex ipſo *Albi*, 66.) qui Taciti tempore 67.) *flumen vix auditum.* Quae autem plerisque omnibus vaga 68.) ſedes ALEMANNORVM, ea nunc 69.) fuerit fixa, ſiue eos arctius adſtrinxeris fluuio *Almonae* iſti, vnde a Boiis illic locorum magis atque magis inualeſcentibus detruſi fuerint, 70.) ſiue latius manſiſſe concedas inter Rhenum, Danubium, Moenum, 71.) ipſos HERMVNDVROS forte 72.) poſt ea ſub ſe comprehendentes. Tale fere vſu venit in iſtis Semnonibus. 73.) Quam late eorum nomen patuerit, iam aliqua ex parte demonſtraui. 74.) Nec toto orbe diuiſi

antiquae principes Iunkerus et Spenerus lectoribus ſuis perſuaſuri, ante ſeculum quartum ſiue Conſtantini magni aeuum fieri nullam plane mentionem Nicri, cuius tamen teſtem paullo ante nominatum Vopiſcum poſterior illorum arceſſiuit caeco, quod nolim, obſequio ſecutus priorem.

65.) Quam in rem recurras haud grauatim ad Cap. I. Sect. II. Interſect. I. Part. priorem.

66.) Id docui hac ipſa Sect. I. Interſect. I. Part. III. §. IIII.

67.) Quod proximae Sect. II. Interſect. I. Part. I. §. III. liquido adparebit.

68.) Id quod haud diffitetur Ill. Schoepflinus in Alemann. Antiquitat. Cap. I. p. 3. ſeq. et in Wegeliniano Theſauro Vol. I. p. 38.

69.) Quod haud improbabile viſum Hertio in Notit. Vet. German. Pop. Part. III. Cap. I. §. II.

70.) Ita noſtra bene conuenient iis, quae ſumma opera docuit noſtrae Illuſtris Boicae Academiae Scientiarum Decus et Hiſtoricae Claſſis Director Digniſſimus Chriſtianus Fridericus Pfeffel de Kriegelſtein in deſcribendis finibus Bauaricae Nordgauiae in eiusdem Academiae Analectorum Tom. I. p. 150. ſeqq.

71.) Quam regionem iis adſcribunt Brechenmacherus in Notit. Sueu. Antiq. §. CXVIII. in Wegelinianis p. 206. ſeqq. in quorum p. 38. et iam Schoepflinus Alemann. Antiquit. Cap. I. Ampl. Sattlerus in Hiſt. Vniuerſ. Wurtemberg. Sect. III. Cel. Cruſius in Antiquitat. German. quarum ſpecimen II. III. IIII. et V. *Alemannis* inſcriptum, a quibus nil diſſidet Struuius Corpore Hiſt. Germ. Proleg. Sect. III. Per. II. §. 36. p. 84.

72.) Ex coniectura Sattleri §. V. p. 258.

73.) De quibus ſatis ſupra §. XVII.

74.) Ibidem numero 65. ſeqq.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752836-p0007-5

Σένωνες, 75.) Σέννωνες, 76.) Σέννονες, 77.) Σήνωνες, 78.) *Senones*, 79.) Eorum enim veſtigia in Gallia ad Sequanam circa Icaunae confluentes in vrbe cognomine, 80.) quae recentioribus *Sens*. 81.) Agnoſcitur 82.) Sueuica proſapia 83.) per Galliam 84.) atque Italiam 85.) ſparſis

75.) Strabonis Lib. IIII. p. 296. et 298. Lib. V. p. 326 et 330. item Metaphraſtis Eutropiani Lib. I. Cap. XVIIII. n. 3.

76.) Stephani v. Σέννονες.

77.) Ptolemaei Lib. II. Cap. VII.

78.) Polybii Ἱστορ. Lib. II. Cap. XVII. XVIIII. et XXI.

79.) Caeſaris de Bell. Gall. Lib. II. Cap. II. n. 3. Lib. V. Cap. LIIII. n. 2. Cap. LVI. n. 4. Lib. VI. Cap. II. n. 3. Cap. III. n. 4. 5. et 6. Cap. V. n. 2. Lib. VII. Cap. IIII. n. 6. Cap. LVI. extr. Plinii Hiſt. Nat. Lib. III. Cap. XV. et Lib. IIII. Cap. XVIII. Flori Rer. Rom. Lib. I. Cap. XIII. n. 1. 4. et 10. Liuii Hiſt. Rom. Lib. V. Cap. XXXIIII. n. 5. Cap. XXXV. n. 3. Lib. X. Cap. XXVI. n. 7. Suetonii in Tiber. Cap III. et in Calig. C. LI. Valerii Maximi Dict. et Fact. Memorabil. Lib. VI. Cap. III. n. 1. Aurelii Victoris de Vir. Ill. Cap XXIII. n. 6. et Cap. XXVIIII. princ. Gellii Noct. Attic. Lib. V. Cap. XVII. n. 2. Lib. XVII. Cap. XXI. n. 21. et 26. Silii Italici Punic. Lib. IIII. vs. 160. Lib. VIII. vs. 455. Sidonii Apollinaris in Paneg. Maior. vs. 82. Eutropii Ἱστορ Lib. I. Cap. XVIII. n. 3. Oroſii Hiſt. Lib. II. Cap. XVII. Lucani Pharſal Lib. I. vs. 254. Statii Silu. Lib. V. El. III. vs. 198.

80.) Apud Eutropium Ἱστορ. Lib. X. Cap. VII. Ammianum Marcellinum Rer. Geſt. Lib. XV. Cap. XI. (al. XXVII.) Honorium in Excerptis ad calcem Melae Gronouiani p. 694. et Aethicum in Coſmograph. ibidem p. 712.

81.) Vt obſeruarunt Scaliger in Notit. Gall. v. *Senones*, Ortelius in Theſ. Geograph. v. *Auendicum*, Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. II. Sect. II §. LXXXVI.

82.) SENONES *enim fuiſſe* Sueuos, *inter illuſtres conſtare auctores, et etiam nunc carminibus antiquis cani*, ſcribit Auentinus in Annal. Boior. Lib. I. Cap. VIIII. n. 5. addas Lib. IIII. Cap. XIIII. n. 18. quo cum faciunt Bebelius in Epitom. Laud. Sueuor. in Schardii Op. Hiſt. de German Tom. I. p. 296. Abelius in Hiſt. Monarch. Lib. II. Cap. III. §. VII. et VIII. et in Antiq. Teuton. Cap. I. §. XIIII. p. 96. item Spenerus in Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. V. §. IIII. ſub (c) p. 41.

83.) Quam negant Althamerus, Vetterus, Iablonskius ad Tacit. German. Cap. XXXVIIII.

84.) Vt cenſent paullo ante laudatus Bebelius, item Peutingerus de German. Sermon. in Schardiano Opere p. 422. Reinerus de Miſen. Origin. p. 43. Cruſius Annal. Sueu. Part. I. Lib. I. Cap. II. N. 46. Spangen-

ſparſis coloniis. Vnde enim in media Italiae parte ad oſtium Miſi in mare Adriaticm effluentis *Sena*, 86.) *Sena Gallica*, 87.) *Senogallia*, 88.) *Senigallia*, 89.) *Senegalia*, 90.) *Sinogallia*, 91.) in hodierna *Sinigaglia* prouinciae Vrbinenſis ſuperſtes? 92.) Sane Sueui trans Alpes et Pyrenaeos, 93.) Langobardi 94.) in Italiam Padanam, Gothi 95.) Romam vsque et Herculis columnas, Angli in Albionem, Franci in Franciam, immo ipſi Galli in Gollograeciam late ſparſi. Quid? quod Romanis Graecisque ſcriptoribus Germani

saepe

bergius in Chron. Mansfeld. Cap. XIII. Ieraſius de Gent. Schulenburg in Cel. Kuſteri Collect. Opuſc. Hiſt. March. Illuſtr. Part. V. p. 9. ſeq. Engelius de Brennopoli in eiusdem Collectionis Part. II. p. 41 Albinus Chron. Terr. Miſn. Tit. III. p. 30. Manlius de Reb. Luſat. Cap. V. §. I. in Hofmanni Script. Rer. Luſat. p. 78. Schokius in Hiſt. March. Brandenb. Lib. I. §. VII. in Script. Rer. Brandenb. Tom. I. Part. I. p. 31. ſeqq. Schedius de Diis German. Cap. I. Ed. Iarkianae p. 11. Iobſtius de March. Brandenb. Cap. I. Entzelius in Chron. March. Cap. XIII. n. 5 p. 31.

85.) Quod perſuadere volunt Spangenbergius, Albinus, Cruſius, Engelius, Entzelius, Schedius, Abelius. Huc facit Schoepflinus in Vindic. Celtic. §. LII. Ne expendam Abelii in Contin. Hiſt. Pruſſ. et Brandenburg. Part. II. Cap. V. §. I. p. 36. et iam in Hiſpanias miſiſſe colonias adſerentis ſententiam.

86.) Polybii Lib. II. Cap. XIIII. XVI. XVIIII. Liuii Lib. XXVII. Cap. XXXVIII. n. 4. et Cap. XXXXVI. n. 4. Plinii Hiſt. Nat. Lib. III. Cap. V. Eutropii Lib. III. Cap. X. n. 5. Ciceronis in Brut. Cap. XVIII. Lucani Pharſal. Lib. II. vs. 407. Silii Italici Punic. Lib. VIII. vs. 455. et Lib. XV. vs. 555.

87.) Tabulae Theodoſianae a Cellario in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. VIIII. Sect. II. §. CCXXVIII. reſarcitae.

88.) Strabonis Lib. V. p. 347. Melae Lib. II. Cap. IIII. Plinii Hiſt. Nat. Lib. III. Cap. XIIII. Frontini de Coloniis, Antoniniani Itinerarii Weſſeliani p. 100. et 316.

89.) Quorumdam codicum Antoniniani Itiner. p. 316.

90.) Rauennatis Geographi Lib. IIII. Cap. XXXI. et XXXVI.

91.) Aliorum citati Itinerarii librorum.

92.) Quod vel ex hac ipſa mea Hermundurorum Notitia Cap. I. Sect. II. Int. II. § V. ſeqq. conſtat.

93.) De quibus ſupra §. XVIII.

94.) De quibus §. XVI.

95.) Hoc euicerunt Albinus Chron. Terr. Miſn. Tit. III. p. 30. Rudbekius Atlant. Cap. XVIII. Schedius de Diis German. Cap. I. Spenerus Notit. Germ. Antiq. Lib. III. Cap. IIII. §. II. ſeq. Dithmarus ad Taciti German. Cap. XXXVII. n. 6. et Cap. XXXVIIII. n. 3.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752836-p0009-0

ſaepe Gallorum nomine venerunt. 96.) Ita clauſerimus limites, quos HERMVNDVRIANAE regionis duximus, Danubium verſus, vnde olim eamdem ambituri egresſi ſumus. 97.)

Siſte autem gradum viator, atque parenta ex die XII. Iunii anni CIↃIↃCCXXXIII. marito ſuo Ser. GEORGIO ALBERTO Friſiae orientalis Principe orbae Ser. SOPHIAE CAROLINAE nuperrime a. d. VI. Idus Iunias ineunte anno quinquageſimo octauo vitae fama, qua nihil prius ſit mortalibus, pietatis pariter ac rerum diuinarum et humanarum notitia haud vulgari celebratisſimae, in illa alta omnis boni ſpecula *Danorum* SALOMONIS alterius aula in Sororis natu maioris viduae *Reginae Serenisſimae* SOPHIAE MAGDALENAE amplexu tenerrimo placide exſpiranti. Hinc redi ad iſtarum *Principum* Feminarum Optimarum Optimi Fratris *Principis* vnice ſuperſtitis ſollennia natalicia peragenda, ad quae rogatum ibunt quinque bonarum literarum rudimenta poſituri ſua ſponte, quod ſane dignum eſt laude.

IOANNES GEORGIVS FRIDERICVS FORSTER Arzbergenſis ligata patria *prouocet auditores ad vota pro PRINCIPE OPTIMO nuncupanda.*

IOANNES CHRISTOPHORVS IAEKEL Thiersheimenſis oratione Latina, *quid tempus ſit*, inquiret.

FRIDERICVS CHRISTOPHORVS RENTSCH Curienſis vernacula docebit *PATRIS patriae laudibus virtutibusque materiem campumque praeſterni ſecundis*, in quibus eſt, quod referat, *Romanorum Regis Serenisſimi IOSEPHI SECVNDI electionem a. d. VI. Cal. Apriles vno vel vt ſuffragio factam auſpicatisſime.*

GEORGIVS ERHARTVS CHRISTIANVS BODENSCHAZ Neulinenſis Latina demonſtrabit, *tempus eſſe medium.*

IOANNES PAVLLVS MATTHAEVS PVRRVKER Leucopolitanus ſoluta oratione Teutonica euincet, *PRINCIPI NVTRITORI natalem agenti fauſta quaeque acclamare eſſe EIVS alumni.*

Rector inde praedicabit ſummum Numen, iam inſtare ſecularia illuſtris Chriſtianerneſtini d. XXVII. Iul. anno CIƆIƆCCLXIII. munificentisſime conditi.

96.) Quod vidisſe videri vult Velleius Lib. II. Cap. CVI. n. 2.

97.) Vbi incepit haec Interſectio, quae nunc explicit.

Yb 4473

KD 18

ULB Halle 3
006 302 904

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752836-p0011-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752836-p0012-3

CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXVI

VT
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
FRIDERICI. CHRISTIANI
MARGGRAFII. BRANDENBVRGI. DVCIS. PRVSSIAE
RELIQVA
PATRIS. PATRIAE. LONGE. CLEMENTISSIMI
NATALICIA SOLLENNIA
D. XVII. IVLII. CIƆIƆCCLXIIII
IN. CVRIANO H. L. Q. C
DEBITA. PIETATE. CELEBRANDA
ALMAE. CVRIAE
QVO. DECET. CVLTV
INDICERET
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

CVRIAE. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
GYMN. TYP

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752836-p0013-9